

« fugere, adversa autem æquanimiter sustinere. »
 Lyranus Christum se ad mortem promptum et
 expeditum obtulisse dicit, dum ait : *Ego sum*, « per
 hoc ostendens, quod virtuosus debet esse tardus
 « ad honores et promptus ad labores. »

S. — S. Thomas tres hujus fugæ rationes addu-
 cit. Prima est, quia alias dignitati suæ derogaturus
 fuisset, si se ab hominibus in Regem eligi permi-
 sisset : « Quia sic Rex erat, ut ejus participatione
 « omnes Reges essent. » Secunda, quia alias ingens
 attulisset damnum, doctrinæ quam annuntiabat,
 « si claritatem et robur ab hominibus accepisset;
 « sic enim operabatur et docebat, ut totum virtutis
 « divinæ adscriberetur, et non favori humano. » Et
 ideo *Joan.*, v, 41, protestatur dicens : *Claritatem ab*
hominibus non accipio. Tertia ratio jam adducta
 fuit a Dionysio : « Ut erudiret nos humanas digni-
 « tates contemneret. »

9. — Rupertus Abbas ait : « Verum per hoc
 « quod fugit, alius quid mystice innuit, quia qui
 « Christum propter aliud, quam propter Christum
 « sequuntur, fugit ab eis Christus. »

Additio.

a. — *Jesus ergo cum cognovisset quia venturi es-
 sent, etc.* In honoratissima hac Salvatoris nostri
 fuga qua se a populo eum invitum in regem pro-
 clamare volente clam subdixit, omnes nos sequa-
 ces ejus evidenter docuit, quantum nobis curandum
 sit, ut in dignitatibus et in honoribus pro virili
 nostra fugiendis et declinandis stabiles et constantes

simus; nam ut S. Gregorius scribit : « Quis enim
 « principari hominibus tam sine culpa potuisset
 « quam is qui hos nimirum regeat quos ipse
 « creaverat. » Quis boni principis munia adequato
 melius implere potuisset quam ipsemet Dei Filius,
 in cujus fœmore scriptum legitur : *Rex regum et*
Dominus dominantium. De quo Psalmista quoque
 attestatur, *Psal.* xxii, 1 : *Dominus est terra et pleni-
 tudo ejus, orbis terrarum et universi habitant in eo.*
*Aperis tu manum tuam et implet omne animal bene-
 dictione.* De quo etiam S. Augustinus, *lib. V Con-
 fes.*, xi, ita scribit : « Sic curas unumquemque
 « nostrum, tanquam solum cures, et sic omnes,
 « tanquam singulos. » Et tamen S. Gregorius ait :
 « Sed quia idecirco in carne apparuit, ut non solum
 « nos per Passionem redimeret, verum etiam per
 « conversationem doceret, exemplum se sequenti-
 « bus præbens, rex fieri noluit; ad crucis vero
 « patibulum sponte pervenit. Oblatam gloriam cul-
 « minis fugit, penam probrosa mortis appetit, ut
 « membra ejus disceret favores mundi fugere. »
 Notanda sunt illa verba : *Ut raperent eum.* Ex his
 enim colligitur, quod quia Christum ab omni sem-
 per pompa et gloria mundana alienissimum esse
 conspexerant, ideo ipsum imperio dignissimum et
 sceptro gubernando aptissimum maximeque ido-
 neum esse judicabant. « Bene imperant, qui non
 « libenter imperant, » inquit Auctor quidam,
 quod in multis veteris Testamenti sacris Heroibus
 adimpletum fuisse satis notum est.

FERIA SECUNDA POST QUARTAM DOMINICAM QUADRAGESIMÆ

EVANGELIUM JOANNIS, CAP. II, VERS. 13

13. Prope erat Pascha Judæorum, et ascendit Jesus Jerosolymam.
14. Et invenit in templo vendentes boves, et oves, et columbas, et nummularios sedentes.
15. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oves quoque et boves, et nummulariorum effudit as, et mensas subvertit.
16. Et his qui columbas vendebant, dixit : Anferite ista hinc, et nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.
17. Recordati sunt vero discipuli ejus, quia scriptum est : Zelus domus tuæ comedit me.
18. Respondenter ergo Judæi, et dixerunt ei : Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?
19. Respondit Jesus, et dixit eis : Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud.
20. Dixerunt ergo Judæi : Quadraginta et sex annis ædificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus excitabis illud?
21. Ille autem dicebat de templo corporis sui.
22. Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli ejus, quia hoc dicebat, et crediderunt Scripturæ et sermioni quem dixit Jesus.

23. Cum autem esset Jerosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa quæ faciebat.

24. Ipse autem Jesus non credebatur semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes.

25. Et quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine; ipse enim sciebat quid esset in homine.

VERSUS 13.

Prope erat Pascha Judæorum, et ascendit Jesus Jerosolymam.

1. — Dionysius Carthusianus, in *Joan.*, aliquas refert rationes, cur Salvator noster, Paschate præforibus existente, Jerosolymam se conferre voluerit : « Primo, ut legem impleret. Secundo, ut sacrificia offerret et orationum vota persolveret, quem admodum lex præcipit. Tertio, ut hæreticorum futurorum errorem destrueret, dicentium legem « Mosaicam a diabolo traditam. Quarto, ut nobis exemplum daret, cum omni vigilantia cordis et reverentia obediendi divinis præceptis. » Pergit idem Auctor ulterius ostendere, adimpletum tunc fuisse quod in *Zacharia*, viii, 20, dicitur : *Hæc dicit Dominus : Usquequo vecciant populi, et habitent in civitatibus multis, et vadant habitatores unus ad alterum dicentes : Eamus et deprecemur faciem Domini, vulum etiam ego.* Carthusianus autem declarat, Prophetam hæc duo ultima verba nequaquam de se intelligere, sed Deum esse qui illa loquatur : « Ite autem non competit Deo, nisi « ratione naturæ assumptæ. »

2. — Beda Christum nos docere voluisse existimat : « Quanta animi vigilantia dominici subjeci « debeamus imperiis, cum ipse in hominis infirmi- « tate apprensus, eadem quæ ex divinitatis auctori- « tate stabuit, decreta custodiat. »

3. — Dionysius Carthusianus super illa verba, *ascendit Jerosolymam*, scribens, cunctos fideles hunc in modum exhortatur : « Sic nos, appropinquante « Pascha, non carne et littera, sed spiritu confi- « tentes ascendere debemus Ecclesiam toto tem- « pore Quadragesimali, preparando nos ad devo- « tam Paschalis festivitatis celebrationem per opera « penitentiae et exercitia devotionis, compunctionis « internæ. »

VERSUS 14.

Et invenit in templo vendentes boves, et oves, et columbas, et nummularios sedentes.

Et invenit in templo.

1. — Toletus ad hoc se reflectit, quod scilicet Jesus mox ut Jerosolymam venit, templum adierit : « Cum enim Deus sit, in domum suam se recepit, « quia domus Dei templum dicitur. » Notat insuper Lucas Brugensis, quod « Jerosolymam cum venisset, « ante omnia invisit templum. » Hugo Cardinalis

ait : « Argumentum, quod primo veniebat ad tem- « plum, quod est locus orationis. »

2. — Albertus Magnus, in *Joan.*, quatuor templi distinguit atria. Primum interius, ubi altare holo- caustorum erat, ad quod soli Sacerdotes et Levitæ aditum habebant. Secundum erat illud, ad quod sæcularibus ingredi licebat, sed mundis tantum, ut ad portam prædicti atrii interiores oblationes suas immolarent. Tertium erat, ad quod ingrediebantur mulieres etiam solum munde, ut orationem suam ad Deum effunderent. Quartum atrium immu- « darum, in quo etiam gentiles aliquando intrabant « et in illo animalia vendebantur jussu Sacerdotum : « non erat licitum, quia Domino fuit dedicatum; « et tamen ecce tibi supplicium, quod Deus de illo sumpsit. Ex hoc arguere licet, quanteper peccemus nos Christiani, qui cum tanta irreverentia non jam atrium externum, id est, cœmeterium, sed ipsamet sanctuarium temere profanamus, dum in præsentia sanctissimi Sacramenti altaris adeo profanos nos exhibemus.

3. — Porro videri non immerito poterat, ut Beda ait, licite in illo atrio dividendi quicquid ad sacrificia necessarium erat et ad cultum divinum spectabat : « Sed nolens aliquid in domo sua terrenæ « negotiationis, ne ejus quidem, quæ honesta « putaretur, exhiberi, dispulit negotiatores. Quid « ergo, fratres mei, quid putamus faceret Dominus, « si ritus dissidentes, si fabulis vacantes, si risu « dissolutos, vel alio quolibet scelere reperiret irre- « titos, qui hostias, quæ sibi immolarentur, ementes « in templo vidit et eliminare festinavit? »

Vendentes boves.

4. — Enimvero hi, quia longinquo veniebant, animalia ad sacrificandum secum ferre non poterant, atque ideo propter eos illa venditores in atrio templi venum adducebant : « Quia propter angus- « tiam temporis et multitudinem quæ convenerat, « carius tunc vendere poterant; » boves quidem ad sacrificia divitum; oves vero pro iis, qui mediocri fortuna erant; columbas denique pro pauperibus.

5. — Porro quoniam per hosce boves intelligen- tur, S. Antonius de Padua in sensu morali ita, in *hoc ser.*, explicat : « Dediti mundi delectatio- « nibus et qui solum de consolationibus curant « corporis, animam negligentes. » Ostendit insu- per hosce in parabola nuptiarum figuratiter fuisse expressos, ubi unus ex invitatis ex eo se capite excusavit, quia juga boum quina sibi coemerat. « Isti ad morem hominum semper arant terram, cœlum

« negligentes. Si aliquando jugum Domini imponatur ipsis, ut portent legem Domini et arcam scilicet penitentiae, in qua lex continetur, calcitrant, neque eam usque ad terminum perdunt. »

6. — Hugo Cardinalis in hisce animalibus simoniacos præfugatos fuisse dicit: « Bos est animal ordinatum ad laborem, et significat illos simoniacos, qui promittunt et exhibent laboriosa servitia pro præbendis, quales sunt quidam advocatorum et hoc bene tangitur, *Proverb.*, *xiv*, 4: *Ubi non sunt boves*, id est, talia servitia laboriosa promittentes, *præsepe vacuum est*, quia ibi non habent præbendas multas; ubi autem plurimæ segetes, id est, præbendæ plures et pingues, manifesta est fortitudo bovis, id est, labor et sollicitudo, quam habuerunt de habendis præbendis. »

7. — Beda vero ita exponit: « Boves quippe doctrinam vitæ celestis intelligit; vendunt boves, qui verbum Evangelii non divino amore, sed quæ terrenis intuitu impendunt; » cui expositioni etiam S. Bonaventura subscribit.

8. — Lyranus quoque expositionem affert consonam illi, quam Hugo adduxit; dicit enim: « Per boves, qui sunt laboriosi, significantur illi, qui magnos labores sustinent pro principibus et Prelatis, ut per hos promoveantur in Ecclesia, licet insufficientes sint et indigni. »

Et oves.

9. — Hugo Cardinalis per illos, qui oves vendunt, hypocritas intelligendos esse dicit: « Alii sunt, qui vendunt simplicitatem et innocentiam simulatam, quæ designatur per oves, » quia hypocrite pelle ovina induti incedunt et de his *Matth.*, *vii*, 15, scribitur: *Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.*

10. — Beda ait: « Oves opera munditiæ et pietatis significant; vendunt oves, qui humanæ gratiæ laudis opera pietatis exercent. »

Et columbas.

11. — « In columba apparuit Spiritus Sanctus, » ait S. Augustinus, *tr. x in Joan.*: « Qui ergo vendunt columbas, qui sunt, nisi qui dicunt: Nos damus Spiritum Sanctum? Quare enim hoc dicunt, et quo pretio vendunt? Pretio honoris sui. Caveant a flagello de resticulis. *Columba non est venalis, gratis datur.* »

12. — Hugo Cardinalis per columbas non solum simoniacos, sed etiam illos, qui austeritatem et rigorem vitæ ex motivo vanæ gloriæ exercent, intelligit: « Columba non habet amaritudinem a fellis in hepate, et non multam constructionem a faciens in nido et gemit pro cantu; columbas ergo vendunt, qui gratiam mansuetudinis, vel

« asperitatem vitæ, vel gemendi et plorandi, vel aliquam altam gratiam ad ostentationem et inanem laudem convertunt, ut hypocrite. »

Et nummularios sedentes.

13. — S. Bonaventura ait: « Scilicet accommodantes pecuniam sub cautione; nam prohibuit erat dare ad usuram, tamen tales parva munuscula accipiebant, licet non numeratam pecuniam, « palliantes suam usuram. »

14. — « Nummos mutuo dant in templo, » inquit Beda, « qui non simulate coelestibus, sed aperte terrenis rebus in Ecclesia deserviunt, sua quærentes, non quæ Jesu Christi. »

15. — « Sciendum, quod diabolus insidiatur his, quæ Dei sunt, » inquit S. Thomas, in *Joan.*, « et ea nititur corrumpere; inter cætera autem, quibus sancta corrumpit, præcipuum est vitium avaritiæ. » Deploravit olim hanc miseriam Isaias, *lvi*, 11, dicens: *Unusquisque ad avaritiam suam a summo usque ad novissimum.* Per hoc quoque vindictæ et emptores denotantur illi, inquit idem S. Doctor, qui in et de bonis Ecclesiasticis mercaturas exercent: « Nam bona Ecclesiastica spiritualia et eis annexa significantur per boves, et oves, et columbas; ipsa consecrata quidem et confirmata sunt ex doctrinis Apostolorum et Doctorum, qui significantur per boves. *Prov.*, *xvii*, 4: *Ubi plurimæ sunt segetes, ibi manifesta fortitudo bovis.* » Item ex sanguine Martyrum, qui significantur per oves; unde in persona eorum dicitur in *Psalmo xliii*, 22 et *Roman.*, *viii*, 36: *Estimati sumus ut oves occisionis.* Item dona Spiritus Sancti, quæ significantur per columbas; omnia hæc vendunt, scilicet doctrinam Apostolorum, sanguinem Martyrum et dona Spiritus Sancti, quicumque bona Ecclesiastica spiritualia et eis annexa vendere præsumunt. »

16. — Albertus Magnus super hæc verba scribens, locum quendam citat S. Bernardi ad Eugenium, in quo illos, qui beneficiis redditis accipiendis avidè anhelant, his verbis describit: « Circuit sedulus explorator, blanditur, obsequitur; manibus et pedibus replat, si quomodo valeat se ingerere in patrimonium Crucifixi; exhibet laborem ut bos, simulat sanctitatem ut ovis, dona appendit pro columbis et aliquando nummulariorum exhibet marsupium. »

17. — Similiter qua ratione hæc animalia exponenda sint, Hugo Cardinalis in sensu morali his verbis declarat: « Per ovem intelligitur hypocrisis et simulata innocentia; per bovem pigritia; per columbam quæ volat, elatio; per æs, cupiditas et avaritia; hæc omnia debent ejici ab anima, quæ est templum Dei. »

18. — S. Thomas de Aquino, in *Joan.*, per templum minusejusque nostrum animam intelligens,

juxta illud Apostoli testimonium, *I Cor.*, *iii*, 17: *Templum Dei quod estis vos*, hanc inde deducit moralitatem: « Tunc ergo homo vendit in templo oves, et boves, et columbas, quando in anima bestiales motus retinet, pro quibus homo vendit se diabolo; nam per boves, qui agriculturæ serviunt, significantur terrena desideria; per ovem, quæ est animal stultum, significatur hominis stoliditas; per columbas vero, hominis instabilitas, quæ quidem Deus de cordibus hominis expellit. »

VERSUS 15.

Et cum fecisset quasi flagellum de fomiculis, omnes eiecit e templo, oves quoque et boves, et nummulariorum effudit æs, et mensas subvertit.

Et cum fecisset quasi flagellum.

1. — Alias quoque, id est, paulo ante suam passionem, ut S. Mattheus, *xxi*, 12, scribit, eiecit vendentes et ementes pariter de templo; illa lamen vice, ipsum virga et flagello usum fuisse non constat, prout in hac occasione fecisse legitur. Hugo Cardinalis minime inconveniens esse credit, si Christum etiam tunc virga seu flagello usum fuisse dixerimus, tamen si sacer textus idipsum non dicat: « Vel melius potest solvi, » inquit paulo infra, « quia primo et secundo fecit flagellum, sed flagellum non exprimit in secunda ejectione, ad significandum, quod quosdam in præsentem percutit flagello disciplinæ, secundum illud *Hebr.*, *xii*, 6: *Flagellat omnem filium quem recipit, et Apost.*, *ii*, 19: *Ego quos amo, arguo et castigo; in futuro autem non percutit, ad correctionem, sed ad perpetuam damnationem; unde genus flagelli non exprimitur, ad significandum quod non potest exprimi.* »

2. — Considerari etiam in hoc Christi facto potest, quantum divina justitia indignetur adversus sacerdotum locorum profanatores, Isaias quidem, *xxviii*, 21, flagellum in manu Dei positum rem ab eo valde alienam esse dicit: *Irascetur, ut faciat opus suum; alienum opus ejus, peregrinum est opus ejus ab eo; contra vero pietatem Dei valde exaltat; dives in misericordia, cui proprium est misereri semper. *Discite a me quoniam mitis sum.* Et ideo quando idem Propheta Deum populum suum castigaturum esse prædicit, audite quamam id phrasi, *vii*, 20, exprimat: *Rudet Dominus in novaculo conducto in his, qui trans flumen sunt in Rege Assyrionum, quasi dicere vellet, quod castigare non sit opus Dei, siquidem ad hoc novacula conducta utitur; ubi notandum, quod novacula non sit lancea quædam, aut ensis, sed instrumentum, quo pili duntaxat raduntur. Verum quidem est, quod justitia Dei zelo se obarnet; at vero, *Sap.*, *v*, 18: *Accipiet armaturam zelus illius; armabit creaturam ad ultio-***

nem; at vero quando tam execrabilis profanationis templi excessus a Deo puniendus est, ecce quantum furor illius provocetur et irriteretur. S. Vincentius Ferrerius observat, quod Christus nunquam aliquem manu propria castigasse legatur, præterquam dum hi transgressores puniendi erant: « Hi apparet, « quantum displicet ei, qui tangit Ecclesiam spon-

sam suam. »

3. — S. Cyrillus Alexandrinus, *ibid.*, ait: « Non nudis verbis duntaxat animi sui commotionem prodit, sed verberibus et flagro sacris adibus exturbat; » in aliis quidem occasionibus similiter reprehendit, minatur; sed id totum sola lingua periclit; hic autem et vox et manus pariter adhibentur: « Vide porro tanquam in imagine descriptum illud Pauli dictum: *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.* » Toletus rationem reddit, cur ad profanatores hosce templi castigandos, manu usus fuerit, non vero lingua tantum, prout in aliis excessibus reprehendis facere consueverat, dicit enim: « Cur manum etiam tremendam admovent, insigni facto se Dei et templi, et consequenter cultus et religionis zelotorem ostendit, ut qui tanto periculo se exposuerit pro templi Dei reverentia. Adde quod ad doctrinam pertinet, abusus publicos et qui tolerari non debent, non verbis, sed facto esse eradicandos; » verba enim in abusibus communibus et temporis « longinquitate inveteratis, maxime qui ex avaritia procedunt, quales hi erant, non satis proficiunt. »

De fomiculis.

4. — « Quos illic invenit, » inquit Cajetanus, « pecorum venditorum atque immolatorum; » ac prout nota, quod Evangelista non dicat, *de fomiculo*, in numero singulari, sed in numero plurali: « Ut intelligas fomiculos inventos ibi, ubi erant oves et boves, et ex his coegisse flagellum. » Non est Deo opus, ut ad funes hosce inveniendos, quibus flagellum, quo nos percussurus est, contextat, preceat abeat, semper enim et protinus in propinquo adsunt; trita sunt illa S. Augustini verba dicentis: « Jussisti Domine et sic est, ut omnis sibi pena sit inordinatus amor; » passiones enim et appetitus inordinati vitiosorum carnifices existunt. S. Thomas ait: « Facit flagellum de fomiculis, quia de peccatis nostris sumit materiam, unde nos puniat. » Sic enim in avaritia nostra Deus nos affligendi materiam invenit, sive per motas contra nos lites, sive per judicia et accusationes criminales nobis intentatas propter contractus illicitos, usuras, aliasque extorsiones. De ambitione S. Bernardus scribit: « O ambitio ambientium crux! » Per excessum lasciviæ et luxuriæ infirmitas illa adeo abominanda et inevitabilis communiter nasci solet; non est rosa quæ suas sibi spinas conjunctas non habeat; quot dolores capitis et stomachi nauseas ebrius sibi ex

crapula non conciliat? Quot non suscitari solent vindictivis deplorandæ strages ex diu continuata et irreconciliabili inimicitia! *Gladus eorum intret in corda eorum et arcus eorum confringatur;* ideoque verissimum est, quod *funiculus peccatorum unusquisque constringitur.* « De his funiculis, » inquit Hugo Cardinalis, « facit Dominus flagellum, quando peccatori peccata convertit in tormentum, ut sic ipsa peccata eum ejiciant a peccatis. Unde Jeremia, II, 19, dicitur: *Arguet te malitia tua.* » S. Antonius de Padua, *Serm. in hac fer.*, ait: « Flagello facto de peccato, quia convertit ipsorum peccatum in penam, ut fiant graves etiam sibi ipsi. »

5. — Rupertus Abbas Tuitiensis, *lib. VI in Joan.*, per hoc flagellum exterminium populi illius significari dicit: « Quid enim funiculus ille agit in manu potentis, in manu sapientis? Quid nisi Romanum designat exercitum, durum ad cædendum, forte ad ligandum et captivandum. » S. Cyrillus Alexandrinus flagella mancipiorum castigationes esse dicit: « Servitutis in eos iure penam statuens, utpote qui libertatis assertorem Filium per fidem suscipere recusaturi essent. »

6. — S. Thomas, *in Joan.*, citat S. Augustinum scribentem: « Ipsa prolatio peccatorum, secundum quod peccata peccatis adduntur, funiculi dicuntur. » Cui consonat quod Beda hisce verbis scribit: « Funiculi, quibus flagellando impios de templo expulsi, cementa sunt actionum malarum, de quibus materia dammandi reprobis iudici datur; hinc enim Isaias dicit: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* » S. Bonaventura ait: « Unusquisque in peccatis suis restem sibi facit, addendo peccatum peccato. » S. Augustinus, *tr. X in Joan.*, dicit: « Quis facit restem longam? qui peccato addit peccatum. » Interlinearis inquit: « Qui peccata peccatis addit, quasi funem connectit, quo flagellatur et ligetur. »

7. — Porro tametsi Salvator noster adversus hosce ementes et vendentes in templo adeo exasperatus fuerit, nihilominus in eorum e templo expulsionem non usus est ferro, aut baculo, sed flagello, et hoc quidem ab illis manibus contexto, de quibus Sponsa, *Cant.*, v, 14, dicit: *Mans illius tortiles, auræ, plenæ hyacinthis;* adhæc vel maxime considerabile est, quod flagellum hoc non de funiculis, sed de funiculis contextuerit; siquidem de benignissimo hoc Deo nostro in veritate dici potest: *Cum iratus fueris misericordiam recordaberis;* præterquam quod semper « punit citra condignum. » Pro cuius confirmatione valde etiam considerabilis est dictio illa, *quasi: Cum fecisset quasi flagellum,* siquidem in immissis ab eo suppliciis vix apparet flagellum.

8. — Ad funem aliquem contextendum multa subtilia fila requiruntur, quia ex multis funiculis

flagellum conficitur; pari quoque modo dicere possumus, quod tametsi multa peccata levia et venialia ad culpam usque mortalem non perlingant, nihilominus: « Ex parvis maxima fiunt negligentia nostra. » Præterea peccatum conscientiam nostram flagellat, ipsiusque Dei manibus flagellum inserit, ut nos puniat. In Isaiâ, v, 18, dicitur: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis et quasi vinculum plaustrum peccatum.* Ecco tibi funiculus in rudentem transmutatos. Chaldaeus ita legit: *Væ qui incipiunt pusillum peccare, trahentes peccata in funiculis vanitatis, augentur et crescent, donec fortiora facta sunt et vinculum plaustrum peccata.*

9. — Hugo Cardinalis docet, quomodo contextendum sit flagellum, quo nos Ecclesiastici uti debemus: « Debet habere triplicem funiculum; primus est, charitas diligens salutem proximi; secundus est, zelus irascens contra vitia proximi; tertius, est innocentia, sive serenitas conscientie, ne possit reprehendi de simili, de quo alium reprehendit. Hic triplex funiculus alligatur haculo auctoritatis et fit flagellum, quo expelluntur minus idoneæ persone ab Ecclesia Dei. »

Omnes eiecit de templo.

10. — Nullius penitus in hac ejectione habuit respectum, quia S. Joannes expresse dicit: *Omnes eiecit.* Idem quoque Albertus Magnus notavit, dum ait: « Severitas censure ex his debet attendi; omnes eiecit, nullum excipiendo, sine personarum acceptatione. » Hugo Cardinalis scribit, Christum in hoc facto optimum dedisse omnibus Prælati exemplum, ut scilicet flagello correctionis omnes illos ab Ecclesia removeant, qui eandem profanant; quia enim omnis Christi actio ad nostram instructionem ordinata fuit et certe permagni refert, quod a locis et personis sacris tollantur scandala, quodque hæc bonum de se edant exemplum. Porro Cajetanus in ea est opinione, quod scilicet « videatur prædicatio; nem suam Hierosolymis hinc auspiciatis, ab hæc, inquam, repurgatione et reformatione templi « Dei; » et quidem quando alias hoc flagello in eosdem vendentes et ementes iterata vice usus fuit, id factum est in fine prædicationis suæ, in triumpho Palmarum, paucis diebus ante suam mortem, ad denotandam et indicandam nobis summam sollicitudinem quam habuit in custodienda reverentia et conservando respectu domui suæ debito, in cuius honorem et defensionem bina vice miracula adeo admiranda operatus fuit.

11. — Dionysius Carthusianus valde apposite observat, quod Christus hanc animadversionem fecerit a principio prædicationis suæ, quando nondum per actiones et miracula prodigiosa adeo factus fuerat eximius atque conspicuus: « Non fuit hoc minimum, » inquit etiam Cajetanus, « imo ex minimis unum miraculum Jesus, hominem

num, plebeium, obscurem, nulliusque hætenus auctoritatis posse ex templo vi, ignominioseque flagello exigere multitudinem potentium negotiatorum et quidem populi pietati deservientium. » Est enim verissimè presentes ibi adfuisse Sacerdotes, qui suos susceps deque videbant everti denarios et lucra sua disperdi. Enimvero secunda vice, quia illos iterato expulsi, erat tantum prodigium, quod neminem sibi reperit resistendum, siquidem paucis horis antea Rex et Messias proclamatus et maximo cum triumpho urbe receptus fuerat, omniumque turbaram, imo totius Hierosolymæ comitatu stipatus erat. Nihil vero horum nunc aderat, quando paucis etiamnum cognitus erat, et quando vix primum ab eo miraculum in nuptiis editum fuerat: « Nunc cum nondum cognitus esset, fauto resque paucos aut nullos haberet, id egisse res fuit omni admiratione major. » Jansenius ait: « Mirabilis ejus auctoritas et potestas declarata est, ut inter omnes vendentes, nemo uni homini adhuc ignoto obistere auderet nemo qui non imperanti mox obediret. » Albertus Magnus hic querit, cur Sacerdotes se non opposerint, cum tamen Christus omni esset adiutorio aut defensione destitutus, ipsi vero in magno numero congregati, valdeque interestati fuerint? Et respondet: « Dicunt quidam, quod hoc dissimulaverunt, ne notam avaritiæ coram populo in die facti incurrerent. » Al vero Cajetanus dicit: « Nimirum tanta fuit gravitas majestatisque vultus Jesu ad justam iracundiam compositi, quo non erat alioquin mansuetior alius, quando terrorem omnibus incuteret, ita ut ne hiscere quidem auderent, tanquam Deo iratum illius vultum monstrante, minusque intentante, quod vere erat. »

12. — Valde considerabile item est instrumentum, quo ad illos castigandos usus fuerat. Jansenius ait: « Velut canes e domo Dei proligans, nam hi funiculis eieci solent. » Cajetanus pariformiter scribit: « Flagello adhibito, tanquam canes nimirum, aut quod Cyrillus ait, iniquos servos lustuario dignos, ut ostenderet dura hos manere flagella ob profanationem templi Dei. »

13. — Rupertus Abbas duo hic mysteria tangit: « Protendit miseris Judæis vere magnum et miserabile malum, vere dolendum, nisi merito accideret cunctis civitatis et profanati templi excidium, totumque penitus abolendum ab oculis Dei, præsignat veteris sacrificii ritum. » S. Thomas, *in Matth.*, idem scribit, dum ait: « Dedit intelligere quod appropinquabat tempus, quo sacrificia legis cessare debebant et verus Dei cultus ad gentes transferri. »

14. — Idem quoque S. Doctor sinistram et perversum delegit finem, quem in victimis atque oblationibus ad cultum Dei spectantibus emendis et vendendis habebant: « Ideo eos eiecit, quia sacer-

« dotes in hoc non intendebant honorem Dei, sed « utilitatem propriam. »

Oves quoque et boves.

15. — Una cum hominibus animalia seu pecora pariter expulsi: « Nihil enim horum retinuit, nec in usus suos convertit, in hoc se liberum ostendit vitiatorum correctorem, dans pro certo formam Prælati, quam libera et severa manu, et flagello districtiōnis ecclesiasticæ tale expellat ab Ecclesia, ut B. Bernardus ad Eugenium: Flagellum tenes; sciant te ad flagellandum potius, quam ad accipiendum esse præpositum. »

16. — Toletus aliam quamdam litteralem pariter et moralem rationem tangit, dum ait: « Præterea Christus hominibus eiecit, qui tamen semel pulsi facile reddissent, si in templo oves eorum et boves mansissent, etiam eiecit hæc, ne redeundi relicta videretur occasio. »

Et nummulariorum effudit æs, et mensas subvertit.

17. — Idem quoque Auctor Christum ex proposito et industria mensas eorum cubilicicas in terram protrubasse existimat, super quibus suos numerare denarios solerent, ut illas sublevantes discerent: « Ne iterum reponerent, etiam mensas subvertit, tunc enim malo subvenit periculo, quando etiam mali occasio amputatur. »

18. — Cajetanus advertit quod Christus « Mensas nummulariorum propriis manibus dignatus est evertere. » Hugo Cardinalis ait: « Probabile est, quod in pecuniis manus non extenderit. » Albertus Magnus verbum illud, *Effudit*, examinat: « In diversa sparsit æs pecuniarum et mensas, in quibus æs ponebatur, subvertit, ut pecunia perdenda spargeretur. » Isaiæ, xxxii, 13: *Evault manus suas ab omni munere.* Ubi Lyranus ait: « Hoc erat illicitum propter cupiditatem sacerdotum, qui diversi ad inventionibus depauperabant populum. »

19. — Theophylactus in sensu morali exponit dicens: « Si quis æs et nummos, hoc est, sermonem et dogmata vendat, et fortassis cum sit Doctor, non annuntiat verbum nisi lucrum habeat, etiam ejus mensam subvertit Dominus. »

VERSUS 16.

Et his qui columbas vendebant, dixit: *Auferte ista hinc, et nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.*

Et his qui columbas vendebant, dixit: *Auferte ista hinc.*

1. — Considerat Toletus, quod nisi columbe istæ suis fuisset columbaris inclusa, utique illæ Domino in eas quoque flagello animadvertente, perterre-

facta evolutura fuissent per templum atque ideo monet illos dicens : *Auferte ista hinc*, etc. Cajetanus quoque notat columbas, ex quo columbaris suis inclusae erant, expelli minime potuisse, nisi columbaria cum evidenti dominorum damno aperta fuissent : « Ideo hic : *Auferte*, inquit indignabundus, id quod illi prae timore facile executi sunt. » Hugo Cardinalis autem ipsos non sicut alios male fuisset tractatos, eo quod non tam indecens erat columbas vendere quam vendere alia animalia : « Quia columbas in templo circumferre non ita inhonestabat templum, sicut oves et boves, qui faciebant stabulum de templo. »

2. — Rupertus Abbas aliam reddit rationem, ob quam Christus tam placide et suaviter cum illis processerit : « Et hoc valde notandum, quod in medio fervore distinctionis, in ipsa flamma zeli ardentis, dum sine cura sacerdotum mercimonia projecit, pauperibus, scilicet his, qui columbas vendebant, non enim divites, sed pauperes hujusmodi aviculas vendere solent, pauperioribus ergo pepercit, ut non exturbet columbas, quas vendebant, quas, cum exturbata evolassent, ipsi consequi non possent et damno affecti angerentur. »

3. — Beda de hisce columbarum venditoribus in sensu spirituali ita loquitur : « Non solum venditores sunt columbarum et domum Dei faciunt domum negotiationis, qui sacros Ordines largiendo pretium pecuniae, vel laudis, vel etiam honoris inquirunt; verum hi quoque, qui gradum vel gratiam in Ecclesia spirituales, quam Domino largiente percipere, non simplici intentione, sed cupiditate humanae causa retributionis exercent, contra illud Apostoli Petri : *Qui loquitur quasi sermones Dei, qui ministrat tanquam ex virtute, quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum.* » II Petr., IV, 11.

Et nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.

4. — S. Bonaventura hoc loco quaerit, cur hic minori eum rigore tractaverit, quam alias eum fecisse in S. Mattheo, xxi, 13, legitur; hic enim solum dicit : *Nolite facere*, etc., ibi vero addit : *Fecistis speluncaem latronum?* Et per adductam Chrysostomi auctoritatem respondet : « In principio signorum non ita vehementer, sed remissa inreparatione utitur; ideo tunc post signa et documenta acris loentis est. » S. Thomas, in *Jom.*, aliam affert rationem, dicit enim : « Quod Dominus ideo fecit, ut sicut bonus medicus primo a levioribus incipiens, postea dura proponeret, hoc enim quod hic factum dicitur, primo factum fuit, unde in ipso principio non latrones, sed negotiatores eos vocat; » at vero quia ex hac correctione nec quicquam profecerant, ideo postea illam columbarum venditionem et emptionem non negotium, sed

latrocinium appellat. Unde Cajetanus dicit : « Illis severius, ut qui meliori hac castigatione nihil emendati, in sua illa arte cauponaria et infami mundinatione obstinate usque perstarent. »

5. — Chrysostomus, *Hom. xxii in Joan.*, obtaepetit propter furorem, quem Salvator noster, ceteroquin benignissimus, exhibuit : « Quaestio dignum est, qua gratia adeo Christus hic indignatus est, et maxime cum alias injuriis contumeliisque affectus : *Samaritanus, daemonium habes*, nihil tale fecerit, nunc non contentus flagello, verbis etiam in eis invehitur. » Id, quod ad dubium istud respondendum videtur, potest ex S. Bonaventura desumi, dicente : « Templum Dei sunt veneranda et ea quae sunt negotiationis, voluptatis, cupiditatis, contentiones, ex eis ejicienda. »

6. — Idem quoque Doctor quaerit cur Christus hanc severitatem exhibuerit et ea quae ad cultum Dei et servitium templi spectant, qualia sunt sacrificia vendere, aut mutare, negotiationem appellavit? « Isti enim vendebant, quae opus habebant? « homines in sacrificiis et qua honeste emuntur, non illicite venduntur. » Tandem vero concludit et respondet cum S. Augustino dicente : « Ejecit Dominus omnes qui sua quaerebant, ideo non passus est domum orationis fieri domum negotiationis; » neque enim oculum suum ad cultum Dei et victimarum provisionem directum habebat, sed ad interesse et lucrum proprium.

7. — In Zacharia, xiv, 21, praedictum fuit : *Venient omnes immolantes et non erit necator ultra in domo Domini.* Et Psalmo lxx, 15, ut S. Thomas advertit, ubi Vulgata legit : *Quoniam non cognovi litterarum, introibo in potentias Domini;* alii legunt : *Negotiationem.*

8. — Hugo Cardinalis tribus praecipue modis domum Domini domum negotiationis fieri dicit : « Primo modo, quando personae Dei tractant negotia. Et hoc est contra illos, qui in Ecclesia Dei, vel in religione maxime negotiationes exercent et causas et litigia tenent et habent, » quod Apostolus, I Cor., vi, 7, reprehenderit, dicens : *Jam quidem omnino delictum in vobis est, eo quod iudicia habentis inter vos;* citatque S. Bernardum ad Eugenium ita scribentem : « Qui dicunt quod de celsitudine sedis sit iudicare, litigantes audire, puto quod non monstrabant, ubi alieni quisquam Apostolorum Judex sederit hominum aut diversorum terminorum, aut distributor terrarum; sicut denique Apostolos iudicandos, sedisse iudicantes non lego, erit illud, non fuit. In hujusmodi vitii detestationem respondit Christus, *Luc.*, xii, 14 : *Homo, quis me constituit iudicem, aut divisorem inter vos?* Secundo modo faciunt domum Dei domum negotiationis, qui res domus Dei ita expellunt et dant parenthibus, ac si eas negotiando acquisivissent. Tertio, quando ad litteram in Ec-

clesiis tractant negotia secularia, ubi debent attendere spiritualibus. »

9. — Cajetanus observat, quod tametsi totum illud negotium emptionis et venditionis in majorem templi honorem cedebat, siquidem emendo et vendendo aliud non distrahebatur, quam quod oblationibus serviebat, quae in sacrificiis fieri debebant; attamen Filius Dei reverentiam sacris locis debitam tanto cum zelo prosequitur, ut illud severe interdixit : « Fieri negotiationem etiam earum rerum, quae destinabantur ad orationem, eo quod negotiatio quarumcumque rerum, tum absque avaritiae studio tam ementis quam vendentis ex parte vix unquam contingat, foro congruat, non templo; non enim culpata, quod haec venderentur, sed quod in templo, poterant enim suis locis extra templum vendi. »

10. — Beda, in *Jom.*, ait : « Haec propter illos diximus, qui ecclesiam ingressi non solum intentionem orandi negligunt, verum etiam ea, pro quibus orare debuerunt, augent. »

11. — Porro in hac negotiationem sacerdotes non tantum consentiebant, verum etiam de utilitate, quae in illos ex victimarum multiplicitate resultabat, participabant; adeoque non solum clauderent oculos, et locum sacrum profanari permittebant, verum etiam ipsimet ab interesse extimulati, illius praecipui auctores erant. Postquam Jeremias ex jussu Dei Jerosolymae et templi Domini destructionem praedixisset, xxvi, 6, dicendo : *Dabo domum istam sicut Silo, et urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terrae,* sacer textus ipsum a sacerdotibus auditum fuisse declarat : *Audierunt sacerdotes Jeremiam loquentem verba haec in domo Domini.* Sed quid illos vaticinio hoc audito fecisse existimatis? Num forte totum populum invitarent ad poenitentiam? aut monuerunt eum, ut ad Deum placandam publicas institueret orationes? Aut per totam dispersi sunt urbem, ut imminens hoc Dei flagellum annuntiando, urbis incolae perterrefacerent, maxime cum Jeremiam ex ipsismet Dei ore loqui scirent? Audite obscuro quod fecerint? *Cumque complexet Jeremias loquens omnia, quae praeparat ei Dominus, ut loqueretur ad universum populum, apprehenderunt eum sacerdotes, et omnis populus dicens : Morte morietur.* At vero quidnam Propheta iste mali fecerat, ut eum occidere molirentur? Arguere nimirum hinc licet, quousque peringat Tyrannis avaritiae Ecclesiasticorum. « Avari enim erant, » inquit Hugo Cardinalis, « et non poterant sustinere templi desolationem, quam Jeremias futuram praedicabat; morte morietur, quia majores concitant minores, magis dolebant de temporalium amissione, scilicet oblationem, quas recipiebant in templo a populo, quam de spiritualium damnificatione. » Deus, per Oseam Prophetam, iv, 8, de sacerdotibus graviter lamen-

tatur, dicens : *Peccata populi mei comedent.* Sed quoniam est phrasis ista, qua peccata comedunt dicitur? S. Hieronymus, in *Oseam*, inquit : « Sacerdotes dissimulant atque laudant peccata populi, ut plurimae ad eorum questum afferantur victimae, et ita populum spoliant, atque comedunt de quibus in *Psal.*, lxxi, 4, dicitur : *Qui devorant plebem meam sicut escam panis.* » Episcopi etenim, Praedicatorum et Confessarii excessus et scandala populorum saepe acriter reprehendere et punire desunt, timentes ne deficiant alias utilitates et commoda, quae per dissimulationem et conniventiam illorum in ipsos ordinarie derivantur.

12. — Beda dictionem, *Patris mei*, notat et dicit : « Aperte namque se Filium Dei Patris ostendit, qui templum Dei domum sui Patris cognominat. » Theophylactus circa hoc aliam considerationem habet, dicit enim : « Ideo non dicit domum Dei, sed domum Patris mei, ostendens quod potestatem habeat sicut Filius Patris omnium. »

VERSUS 17.

Recordati sunt vero discipuli ejus, quia scriptum est : *Zelus domus tuae comedit me.*

1. — Admiranda est hic constans et solida virtus Apostolorum, qui magistrum suum, id est, eum qui illis dixerat : *Discite a me quia mitis sum*, indignari videntes turbati non sunt, nec scandalizati, siquidem charitas non cogitat malum. Et ut Hugo Cardinalis ait : « Boni subditi quando vident dispositionem nem Praelati corrigentis, ex hoc ipso perpendunt quod animo corrigat, utrum scilicet trahat eum zelus, vel furor, vel ostentatio domini. »

2. — Porro quam Deo gratus sit, et quanti ab eo aestimetur zelus, quo pro honore ejus urgemur, Albertus Magnus vel ex eo deducit, quia hic unus fuit ex primis magisque praecipuis Christi operibus : « Attendendum, » inquit, « quanti meriti sit zelus domus Dei, et generaliter omnis zelus bonus, cujus actus inter prima sua opera Christus ostendit, cuius merito Phineas pactum sempiterni sacerdotii accepit. »

3. — Valde etiam considerabiles sunt definitiones zeli sancti quas sacri expostores afferunt, nec non affectus, quos zelus Dei operari consuevit. Cajetanus ait : « Zelus est vehementer studium procurandi ea quae ad Dei honorem faciunt et adversantia propulsandi. »

4. — Dionysius Carthusianus addit, quod zelus non solum in defensionem honoris Dei, verum etiam in beneficium et utilitatem salutis proximorum armatur : « Zelus spiritualis, divinus et charitativus, quod nititur homo ea excludere, quae divino honori, aut proximo contrariantur saluti. » Hoc zelo accendi debemus, Dei honorem, proxi-

« morum correctionem, justitiæ observationem
« cordialiter affectantes, atque impedimenta eorum
« pro viribus dissipantes. » Enimvero quod pro Dei,
« ab hominibus contumeliam, honore, moralibus nos
« periculis exponere laudabiliter possimus, idem Ca-
« jetanus attestat, dum ait : « Magnitudo zeli in
« contemnendis pro tuendo Dei honore periculis,
« et mota omni postponendo maxime elucet. »
« Carthusianus in auctoritate Glossæ fundatus hæc de
« re ita scribit : « Præterea secundum glossam zelus
« iste est fervor animi, quo mens abjecto humano
« timore pro defensione veritatis accenditur. » Porro
« de Christo in ultimis hujus Evangelii verbis scribitur :
« *Sciebat quid esset in homine*. Perfecte etenim
« sciebat, quod honorem et reverentiam templi cum
« notabili damno et detrimento lucri temporalis illor-
« rum sacerdotum, imo eum ignominia eorumdem,
« siquidem flagello ipso veluti canes expulsi, zelando,
« illi adversus eum magis ac vehementius exasperandi,
« adeoque ignominiosam illi et in patibulo in
« medio duorum latronum inferendam mortem machi-
« nantur essent, nec tamen ab hujus zeli exhibi-
« tione desistere voluit; unde ut idem Carthusianus
« ait : « Christus merito dicere potuit : *Comedit me*,
« id est, spiritualiter absorbit *zelus domus tuæ*,
« quia zelus iste fuit occasio occisionis Christi, et
« ita comedit, id est, consumpsit seu interfecit
« eum; per hunc enim zelum his ejecit vendentes
« de templo, per quod maxime offendit, odiumque
« incurrit sacerdotum, qui eum ex invidia occide-
« runt; » unde clare deducitur, quod tametsi Filius
« Dei perspicue odium sacerdotum ad usque sui cru-
« cifixionem in se concitandum esse prævideret, non
« tamen ideo a tuendo templi honore et propulsanda
« profanatorum irreverentia desistere voluerit, imo
« secunda vice idipsum quinque diebus ante mortem
« suam fecit; ut inde intelligeremus, quod cum de
« reverentia et respectu loci sacri debito agitur, ad
« ejus imitationem nos culibet debeamus exponere
« periculo, cum hanc reverentiam templo non sine
« sanguinis et vite sue impendio procurarit.

5. — Cajetanus super hæc verba : *Zelus domus
« tuæ*, ita scribit : « Hoc est, amor impatient con-
« sortii in domo tua, ut scilicet domus tua com-
« munit sit profanis. » Sic quoque tametsi templum
« Philistinorum Dagon consecratum fuerit, zelo la-
« men arce suæ, quando cum illa Dagon pari loco
« positum vidit, magnopere exarsit. Unde idem Car-
« dinalis ait : « Sub templi nomine universum Dei
« cultum per synecochon designat. »

6. — Jansenius in expositionem horum verbo-
« rum ita scribit : « Est autem sensus : ardentissimum
« studium glorie domus Dei, tanquam ignis qui-
« dam intra precordia conclusus, uris, torset et
« consumpsit animum meum ferentem molestis-
« sime neglectum, et inhonorationem domus mee. »
« S. Thomas verba illa ex libris Regum : *Zelo zelatus*

sium pro Domino Deo exerebitum, adducens, ita scri-
« bit : « Nos autem debemus diligere domum Do-
« mini, secundum illud, *Psalms. xxv, 8 : Domine
« dilexi domum domus tuæ*, et in tantum debemus
« diligere, quod zelus ejus nos comedit, dum si
« quid contrarium fieri videmus, studeamus, etiam,
« quantumcumque chari nostri sint, qui hoc faciunt,
« removere, nec timeamus propter hoc aliqua mala
« perpeti. » Idem quoque sanctus Doctor Glossam
« citat, ea quæ diximus, clare attestantem et confir-
« mantem, scilicet quod pro honore Dei et veritate
« defendenda, quemvis mortis timorem aut pericu-
« lum posthabere debeamus. Tandem idem S. Tho-
« mas concludit : « Eo comeditur, qui quælibet parva,
« quæ viderit, corrigere satagit, et qui nequit,
« tolerat et gemit. » Idem quoque dicit ante S. Au-
« gustinus his verbis docuit, dum ait : « Quis come-
« ditur zelo domus Dei? qui omnia, quæ ibi videt
« perversa, satagit emendare, cupit corrigere, non
« quiescit. »

7. — S. Thomas qualis hic zelus sit declarat,
« dum ait : « Sciendum quod zelus proprie dicit
« quandam intensionem amoris, qua intense diligit
« gens nihil sustinet, quod amori suo repugnet.
« Ille igitur proprie zelum habet, qui nihil patien-
« ter sustinere potest contra honorem Dei, quom-
« maxime diligit. » Dicitio *comedit*, juxta auctori-
« tatem S. Bonaventuræ, vehementiam zeli indicat :
« Quod enim comeditur, quasi in comedentem ver-
« titur. » S. Augustinus postquam hanc explicasset
« metaphoram et dixisset : « Unusquisque Christia-
« nus in membris Christi zelo domus Dei comeda-
« tur, » hoc argumentum subjungit : « Si in domo
« tua, ne quid perversum fiat, satagis, in domo
« Dei, ubi salus proposita est, et requies sine fine,
« debes pati, quantum in te est, si quid forte per-
« versum videris; v. g. vides fratrem currere ad
« theatrum, prohibe, mone, contristare, si zelus
« domus Dei comedit te. » Hugo Cardinalis inti-
« mus doloris sensum, quo Dei honorem zelus
« perstringitur, hæc verba ad vivum exprimit :
« *Comedit me*, id est, quasi consumpsit; adducitque
« illud *Psalms : Tabescere me fecit zelus meus*, quia
« istud mirabiliter cruciat, et extenuat ad litteram
« bonos Prælatos. *Ps. cxviii, 158 : Vidi prævari-
« cantes et tabescere*. II *Cor., xi, 29 : Quis infir-
« matur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et
« ego non uror? »*

VERSUS 18.

*Responderunt ergo Judæi et dixerunt ei : Quod
« signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respon-
« dit Jesus, et dixit eis : Solvite templum hoc, et
« in tribus diebus excitabo illud.*

Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?

1. — Nimirum Salvatorem nostrum ardentem

zelum, et supremam in hac actione auctoritatem
« exorere considerant : « Zelum quidem ejus im-
« probare non poterunt, nec negare, non decere
« domum Dei fieri domum negotiationis, sed si-
« gnum auctoritatis exhiberi postulant. » Eum
« namque convincere satagebant, quod si id auctori-
« tate propria faceret esset temerarius, aut vero si
« ex Dei commissione, tanquam missus ab eo pro-
« phetare, id præstaret, aliquid datae sibi ejus-
« modi commissionis signum ederet. S. Thomas
« ipso in suo loquendi modo dicere voluisse dicit :
« Quare cum tanta potestate et auctoritate nos
« expellis? non videtur hoc esse officii tui. » Ta-
« metsi enim actio isthæc in se bona esset, inquit
« Lyranus, non tamen cuius persone illam exercere
« conveniebat, « sed solum, » id spectabat « ad eum,
« qui habet auctoritatem corrigendi excessus Sacer-
« dotum, quod non conveniebat alicui de communi
« populo, cum Sacerdotes essent in illo populo
« superiores. » Propheta ad illum effectum a Deo
« specialiter missi erant, ut populis imminenti illis
« supplicia intimarent, eorumque ipsius scelera clare
« ob oculos ponerent, ac proinde interrogabant :
« *Quod signum*, etc. Albertus Magnus ait : « Quia Pro-
« pheta suam potestatem debet probare per si-
« gnum. » Dionysius Carthusianus ipso dicere
« voluisse scribit : « Ejectio ista non spectat ad te,
« nec tunc est corrigere nos, et facta Sacerdotum,
« cum non habeas auctoritatem, nec sis Sacerdos,
« neque Propheta; sed si dicis, quod imo tuum sit,
« hoc ostende signum, quo sciamus tibi divinitus
« commissam potestatem. » Cajetanus verissimum
« esse dicit, quod Sacerdotes hæc negotiatoribus
« ad vendendum et emendum in illo atrio licen-
« tiam dederint; unde se illam dare posse presu-
« mebant.

2. — Lucas Brugensis dicit, quod quia de illa
« profanatione et irreverentia templo irrogata ali-
« quem in se ipsis sentiebant conscientie remorsum,
« ignorarint, quæ ad sui defensionem recurrere
« debent, nisi id facerent accusando ipsum, quod nul-
« lam illos reprehendendi, et tali modo expellendi
« haberent auctoritatem : « Male sibi consci, facile
« quo persuasi, nec in atrio gentium, quod profa-
« natum ipsi vocabant, id licere, defectum auctori-
« ritatis in ipso criminantur. »

3. — Hugo Cardinalis dicit : « Discipuli boni pro
« bono habent correctionem sui Prælati, sed mali
« quod corriguntur, querunt signum potestatis,
« vel sanctitatis, vel scientiæ. *Erod., ii, 14 :
« Quis te constituit principem et judicem super nos? »*

4. — Sciendam vero est, quod cum bina vice
« profanatores illos per eandem potestatem e templo
« exturbavit, hæc solum, non vero secunda vice po-
« testatis talis signum ab eo exquisiverint, dicentes :
« *Quod signum*, etc. Cajetanus hujusce differentie
« assignat rationem, et dicit : *Innumera signa tunc*

Jesus exhibuerat, nimirum antequam illos secunda
« vice, id est, in die sui gloriosi triumphi ejecisset :
« hic postulant, quia nullum hæcenus Ierosolymis
« reddiderat, nisi quod illud ipsum fuerit clarum,
« et plane stupendum divinae potentie argumen-
« tum. »

5. — Origenes hanc ementium et vendentium
« auctoritativam expulsionem, unum fuisse e ma-
« joribus divinae potentie sue signis existimat, imo
« longe majus et præcellentius illo, quod paulo ante
« ediderat, aquam transmutando in vinum : « Eo quod
« illic inanimata subsistit materia, hic vero tot
« millium hominum domantur ingenia. » Observat
« quoque idem vetustissimus scriptor, eos in hoc facto
« facile notare potuisse, ipsi naturam quamdam
« inesse humanae longiorem : « Quorum ex-
« pulsio transcendebat dignitatem ejus, qui repu-
« tabatur filius carpentarii. » — « Verum, » ut
« Cajetanus advertit, « dissimulavit illud ipsi, quasi
« sponte cessissent, aut certe avaritia iraque exæ-
« cati non animadvertenterunt. »

6. — Chrysostomus, *Hom. xxii in Joan.*, Salva-
« torem melius divinitatis suæ signum edere non po-
« tuisse observat, quam dum æterni Patris sui hono-
« rem ardentissime zelat : « O summam clementiam!
« quoniam signis operis erat, cum malefacta corripere
« ret, et Dei domum tanta purgaret ignominia?
« zelus ille pro domus Dei honore, maximum fuit
« virtutis signum, quod boni adverterunt, recor-
« dati namque zeli discipuli ejus tunc, quia scrip-
« tum est : *Zelus domus, etc.* »

7. — S. Bonaventura dubium quoddam hoc loco
« movet, et ait : « Sed queritur, quare tunc non
« fecit aliquod signum ad eorum confusionem? El
« ad hoc respondet Chrysostomus, quod propter
« eorum insensibilitatem et dolosam mentem. »
« Lucas Brugensis incredulitatem eorum hæc verbis
« manifestat : « Porro quod signum postulant, non
« est, quod signum abs Jesu illi videre desiderent,
« quod non credunt ab ipso posse præstari, sed
« solummodo ut presumptuosi animi, adeoque
« seditionis ipsum insimulent. »

8. — Chrysostomus optime notat, Judæos adver-
« sus Christum tanta fuisse rabie peritos, ut etiam
« adversus eum ob beneficia, gratias et miraacula
« exasperati fuerint, quæ in sui beneficium ab eo
« fieri videbant; hæc enim in causa fuerunt, cur
« iniquam illam adversus ipsum promittarint sen-
« tentiam, dicentes : *Quid facimus, quia hic homo
« multa signa facit?* et tamen huic ignominiosum e
« templo exturbati, instarque canum flagello percussi,
« asperisque verbis reprehensi, imo in suis quoque
« lucris notabiliter damnificati, ne minimo quidem
« injurioso verbo se illi opposuerunt. Etenim tritum
« est adagium : « Conscientia mille testes, » ipso
« vero remordebat conscientia avaritia ipsorum,
« scandali quod populo dabant, denique iniquitatem,

quas locum sacrum profanando quotidie committent.

9. — Hugo Cardinalis aliam questionem proponens dicit : « Quare ita patienter tulerunt, præcipue cum avari magis offendantur de effusione rerum, quam proprii sanguinis? » respondetque per adductam Chrysostomi auctoritatem, cujus hæc sunt ipsissima verba : « Dolebant turpe lucrum auferri et ut eum ab incepto averterent, ad miraculam trahere admittuntur. » Hugo dicit : « Ut eum sic cessare facerent a persecutione eorum et ut in signo faciendo eum occuparent. » Pergit ulterius dicere Chrysostomus : « Intellige malitiam plenam percontationem cum enim deceret, ut ipsi studium et zelum susciperent, eum oporteret eos obstupescere et admirari, quod tantam domum curam gereret, illi autem et vendere sibi libere contendunt, neque a vendendo sibi desistendum, nisi ipse signum ostenderet. »

10. — Idem Hugo ulterius querit cur non fuerint in ipsum commoti, prouti alias fecerunt, quando illum dicentem audierant quod templum domus Patris sui esset, per hoc namque se Filium Dei et verum Messiam esse aperte declarabat? Et respondet : « Credebant quod hoc simpliciter diceret, non Patrem naturaliter, sed adoptione, vel creatione. » Respondetque pariter, cur scilicet in secunda ejectione, non vero nunc Scribæ et Pharisei adversus eum exacerbati fuerint : « Post ejectionem negotiatorum, id est, post secundam ejectionem, « curavit infirmos, et ideo magis invidia moti, exasperati sunt, hic autem non ita, ubi tantum expulsi sunt; quia stupebant ad novitatem. »

Respondit Jesus, et dixit eis : Solvite, etc.

11. — « Quasi dicat, » inquit Hugo Cardinalis, « vos queritis signum, in qua potestate hæc faciam, sed ego non do vobis signum potestatis, sed dico vobis significationem hujus facti, quia sicut templum hoc materiale vos inquinatis, et ego omniudo, ita templum corporis mei vos dis-solvitis, et ego resuscitabo. »

12. — Lucas Brugenis nobis insinuare voluisse dicit, quod Christus petitum ab illis signum vel miraculum edere inermiserit, non ob defectum potentie; sed ex eo quod ipsorum contempserit salutem; siquidem septimanis et mensibus sequentibus multa ejusmodi miracula operatus fuit : « Sed quod indigni essent, quorum votis satisfacere, qui etiam tunc, cum satisfaceret, parum apud eos profecerit. » Jansenius dicit : « Sciens maligno animo eos signum postulare et calumnias, etiamsi edidisset, deinde nolens unquam ad solam ostentationem miraculum operari, sed tantum ad sublevandam aliorum necessitatem, et ut quod esset divinæ virtutis argumentum, idem

« esset et humanæ necessitatis beneficium. »
13. — Idem Jansenius rationem reddit, cur hæc metaphora uti voluerit : « Verbis allegoricis et metaphorice templi, quia de templo agebatur et ejus occasione de templo corporis sui transferret locutionem. »

14. — « Sed quare ait imperatively : *Solvite*? » querit S. Bonaventura; cui idem Seraphicus Doctor per adductam Glossam respondet, Christum id dixisse per modum prophetie : « Non enim imperat, sed quasi dicit : Vos solvetis in passione. » Per responsum ad petitum miraculum, inquit S. Thomas, per duo præcipue correspondit : « Primo prænuntial suam mortem futuram, secundo resurrectionem. » De morte dixit : « *Solvite* : Non dicit, solvetur, ne intelligas eum seipsum occidisse; et dicit : *Solvite*, quod non est imperantis, sed prænuntiantis et permittentis est. »

15. — Hugo Cardinalis notat, quod mentem suam non declaraverit expresse, sed sub quodam verborum involucre, quia si iis expresse se mortitum et pro libitu suo, suaque virtute resurrectionem esse prædixisset, nullam utique fidem ei adhiberi fuissent. Lucas Brugenis ait : « De industria usus « amphibologica obscuritate, ut eos falleret, indignos quibus mysteria regni cælorum aperirentur. »

Templum.

16. — Multa sunt mysteria et analogie, propter quas sacratissimum Christi corpus templi titulo et nomine insignitum et honoratum fuerit. S. Thomas, in *Jom.*, ait : « Templum dicitur, in quo Dens inhabitat, ideo corpus Christi est templum Dei non solum secundum animam, sed etiam secundum corpus. *Ad Coloss.*, n. 9 : *In quo inhabitat plenitudo divinitatis corporaliter.* » In nobis Deus per gratiam inhabitat, secundum actum intellectus et voluntatis, quæ non est actus corporis, sed animæ solius : « Sed in Christo habitat secundum unionem in persona, quæ quidem unio non solum ipsam animam, sed et corpus includit, et ideo ipsam corpus Christi est templum Dei. » Dionysius Carthus. præter hanc rationem unionis hypostaticæ nonnullas quoque alias assignat : « Quoniam « habitat in eis, » id est, in anima et corpore, « per excellentissimam gratiam; habitavit in anima « per fruitionem claræ et beatificæ. » Alia ratio, quam affert, hæc est : « Quia sicut in templo materialis orationes Deo offeruntur et ab ipso exaudiuntur, sic preces Ecclesie porrigitur Deo in Christo et per Christum, per quem etiam exaudiuntur. »

17. — Beda quoque motivum consolationis nobis subministrat, qui pariter templa Dei per participationem denominamur : « Et quidem gaudendum est, quia ipsi sumus in baptismo in templum Dei facti, teste Apostolo, qui, *I Cor.*, iii, 17, ait :

« *Templum Dei sanctum est, quod estis vos; sed « nimis tremendum, quia præmisit Apostolus, dicens : Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.* » Hugo Cardinalis ait : « Hoc templum solvimus et profanamus per peccatum mortale. *II Mochob.*, vi, 4 : *Templum luxuria et commensationibus, etc.* »

Templum hoc.

18. — Mysterio turget ultima illa dictio *hoc*, siquidem ut S. Joannes notat, indigitavit corpus suum, non vero templum Salomonis intellexit. Quando ipsum, *Matth.*, xxvi, 61, de hoc dicto accusarant, convicit illos tanquam falsos testes testificatos fuisse, quasi dixisset : *Templum Dei, Toletus* ait : « Ad eos direxit verbum : *Solvite templum hoc; nec dixit, templum Dei, sed templum hoc; præterea de templo corporis sui Christus locutus est et poterat intelligere, si voluissent; nam dum dixit : *Templum hoc*, certum est gestu ipso et motu manuum, non illud materiale, sed seipsum demonstrasse. »*

Et in tribus diebus.

19. — Hugo Cardinalis triduum hoc in sensu morali ita exponit : « Hoc templum in tribus excitatur, hoc est, in triplici cognitione, scilicet peccati, ad delendum et cavendum; proximi, ad subveniendum; et Dei, ad diligendum; vel tres dies sunt : dolor, pro delectatione peccati, pudor, pro turpitudine, timor, ne recideret iterum pro ipsius peccati veniunt et hominis debilitate; vel tres dies, contritio, confessio, et satisfactio, et sic spiritualiter edificabitur, quia destructio peccati est edificatio templi. »

Excitabo illud.

20. — « Proprie loquitur, excitabo, » inquit S. Bonaventura, « quasi de somno, ob brevitatem temporis, ante resurrectionem, secundum illud *Psalmi* : *Ego dormivi et soporatus sum;* » cui expositio S. Thomæ de Aquino consonat, dicens : « Scilicet corpus a mortuis suscitabo. Non autem dicit : excitabitur; nec : excitabit illud Pater; sed : *Ego excitabo*, ut ostendat se propria virtute a mortuis resurgere. »

21. — Hoc autem resurrectionis sue miraculum fuit evidentissimum, quod illis dare poterat divinitatis suæ signum : « In hoc maxime signum divinitatis ejus ostenditur, » inquit S. Thomas, « non enim puri hominis est, ut se excitaret a mortuis, sed solum Christus, qui fuit inter mortuos liber, hoc virtute suæ divinitatis fecit. » Et ideo Christus mox ut resurrexit a mortuis, legem et Evangelium suum per universum mundum divulgari jussit, eo quod jam divinam filiationem suam sufficientissime probatam esse supponeret. Unde Toletus

scribit : « Resurrectio a mortuis populos convertit Judæorum, supra omnia miracula Christi fidem « auxit et confirmavit, incredulos autem, qui in sua « obstinatione manserunt, confudit. »

VERSUS 18.

Dixerunt ergo Judæi : Quadragesima et sex annis edificatum est templum hoc, et in tribus diebus excitabis illud?

1. — S. Cyrillus Alexandrinus, in *Jom.*, ignorantiam ipsorum considerat, dicens : « Mysterii « altitudinem non intelligentes, signum irridet et « inscitie suæ morbum, tanquam justam ei non « parendi causam arripuit. »

2. — S. Augustinus a Glossa citatus templum Salomonis intra septimum aedificatum teste testatur, at vero dum sub Zorobabel de novo aedificatum fuit, fabrica illius ob inimicorum obstacula, ad quadragesima sex annos protracta fuit : « Hic nuncius « rus convenit perfectionibus Domini corporis, « quia ut dicunt physici, tot diebus forma humani « corporis periclitatur; » at vero S. Cyrillus eos hoc argumento convincit : « Quo pacto quæso longis « temporum spatiis ad unius domus structuram « opus illi fuerit? » quibus verbis S. Doctor insinuat, quod tametsi etiam de templo materiali Christus locutus fuisset, facile tamen ei fuerit illud brevissimo tempore de novo erigere : « At quomodo « ulla in re imbecillior fuerit, qui septem duntaxat « numero diebus universum hoc ineffabiliter « fabricatus est? »

VERSUS 19.

Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli ejus, quia hoc dicebat, et crederunt Scripturæ, et sermone quem dixit Jesus.

Recordati sunt discipuli ejus, quia hoc dicebat.

1. — Id quod Salvator de morte et resurrectione sua prædixit, ipsorum quidem memorie impressum remansit, sed per affectus valde diversos. Unde Lucas Brugenis ait : « In aliis alium fructum « protulit; Judæi recordati velut crimen capitale « objecerunt, siquidem in nocte passionis hisce Christi verbis : *Solvite templum, etc.*, uti sunt tanquam præcipuo accusationis et criminalitatis ejus capite et ideo conviciabantur dicentes : « *Vah « qui destruis templum Dei et in triduo illud reedificas!* » Discipuli recordati et venerati intellectum « sunt assecuti. » Et quidem priusquam Christus a mortuis resurgeret, difficile illis erat, ut dicit dicere vellet intelligerent, quia mysterium inaccessibile in se complectabantur. S. Thomas notat quod S. Joannes non sine causa dixerit : « *Cum ergo resurrexisset, nam ante resurrectionem difficile erat « hoc intelligere. Primo, quia per hoc ostende-*

« batur, quod in corpore Christi erat vera divinitas, « alias non potuisset dici templum et hoc tum « temporis intelligere, humanam capacitatem exce- « debat; secundo, quia in hoc facit mentionem de « passione et resurrectione, cum dicit: *Excitabo* « *ilud*, quem nullus discipulorum adhuc audierat; « unde Christus quando resurrectionem et passio- « nem suam expressit Apostolis, Petrus hoc audiens « scandalizatus est. »

Et crediderunt Scripturæ et sermoni, etc.

2. — Toletus verborum istorum sensum declarat, dicens: « Et est sensus: Crediderunt non solum « sermoni Christi de sua resurrectione, sed etiam « Scripturæ, in qua et mors et resurrectio Christi « prænuntiata sunt; crediderunt eas Scripturas in « Christo verificari et compleri. » S. Thomas Osee, vi, 3, testimonium in specie citat, cui adhibuere fidem: *Vivificabit nos post duos dies et tertia die suscitabit*; atque insuper Jonæ prophetiam: « Et « inde est, quod in ipsa die resurrectionis aperuit « illis sensum, ut intelligerent Scripturas. »

VENUS 20.

Cum autem esset Jerosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa quæ faciebat.

Cum autem esset Jerosolymis in Pascha in die festo, etc.

1. — Lyranus Christum Jerosolymis Paschatis tempore ad populum prædicasse et docuisse scribit, multisque patris miraculis doctrinam, quam annuntiaverat, confirmasse, indeque multos ad credendum in eum fuisse confirmatos.

2. — Toleti est ponderatio, quod Christus data opera ad annuntiandum Evangelium loca quæserit populosissima, festaque item et solemnitates præcipua et saluberrima elegerit, magnum desiderando hominum concursum, non ad applausum, aut vanam ostentationem, sed sine rectissimo, nimirum « ut « ejus prædicatio et miracula pluribus processent « et adventus ipsius multis esset manifestus. »

Multi crediderunt in nomine ejus.

3. — Ipsa nos docet quotidiana experientia, quod frequentissime Deum potius in festis et solemnitatibus præcipuis per dissolutiones nostras, per locorum sacrorum irreverentiam, per immoderationem conviviatorum, ludorum, societatum, chorearum, aliarumque profanarum recreationum vana gaudia ostendamus quam alias unquam.

4. — Dionysius Carthusianus hosce credentes Christum verum Dei Filium aut Messiam esse minime agnovisse credit. « Credentes quod esset « Christus, vel scitem vir sanctus atque Propheta, « non tamen credebant, nec suspicabantur, quod « esset Filius Dei naturalis, verusque Deus, nisi forte

« ante agnovissent per Scripturas, quod Christus in « lego promissus esset Deus; » vel etiam, ut adverte- « theophylactus: « Non firma eorum fides erat, « ad tempus enim attendebant Christo, non ut « Deo, sed ut homini, qui Deo afflatur. »

Videntes signa quæ faciebat.

5. — Enimvero tametsi Evangelista quenam aut qualia hæc miracula fuerint, minime exprimat; verumtamen, ut Lucas Bregensis dicit: « Intelli- « gendum relinquit fuisse latia, qualia illa, quæ « scripta sunt, nimirum non terrori hominum, aut « curiositati servientia, sed amoris salutique suavia « ac benefica. » Dionysius Carthusianus eum prodigia et miracula stupenda operatum fuisse existimat; siquidem S. Joannes Nicodemum ei dixisse refert: « Nemo potest hæc signa facere, que tu facis, nisi « fuerit Deus cum eo; » expressam tamen illorum mentionem non facit, ut S. Thomas observat, quia in fine sui Evangelii scribit: *Sunt et alia multa, quæ fecit Jesus, quæ si scribantur per singula, non ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libri*; neque enim Evangelistarum intentio erat, omnia referre miracula: « Sed tot, quod necessaria « erant ad Ecclesiam fidelium instruendam. »

6. — Idem quoque S. Doctor optime ponderat, quisnam fuerit miraculorum Salvatoris fructus: « Fructus autem, qui provenit ex signis Jesus, « magnus est, quia multi crediderunt et conversi « sunt ad eum; » quorum tamen aliqui ex miraculis visis crediderunt, alii vero, quia eis secreta cordis et cogitationes occultas revelaverat: « Sed commen- « dabiliores sunt, qui per doctrinam credunt, quia « sunt magis spirituales, quam qui propter signa, « qui sunt magis grossiores. »

7. — Hugo Cardinalis ad hoc se reflectens, quod multi crediderint, quando Christus Jerosolymis et in die festo presens aderat, hanc inde deducit moralitatem: « Tunc multi crediderunt propter « signa, quia quando tempore prosperitatis Chris- « tus se exhibet hominibus beneficium, tunc Deo « servant; sed hoc propter signa, id est, propter « ipsa prospera, que videntur homini esse signa « amoris, cum tamen magis sint contraria; quia « ut dicit Gregorius, quod continuus successus « temporalium honorum, est quoddam æternæ « damnationis indicium. Ps. XLVIII, 19: *Conspicitur « tibi cum benefeceris ei.* »

8. — Enimvero unum ex iis miraculis, quæ viderunt, est illud, quod in præsentem Evangelio narratur, de perussione et extirpatione profana- « torum. Unde Origenes ait: « Præsens historia in « nullo minore potestate prædendi his, que « ab eo miraculosius edita sunt; » etenim ipsa nobis experientia demonstrat, multos in Deum credere, eumque confitentis ad ipsum recurrere, dum percutiuntur a manu ejus et flagellantur.

VENUS 21.

Ipsæ autem Jesus non credebant semetipsam eis, eo quod ipse nosset omnes.

Ipsæ autem Jesus non credebant semetipsam eis.

1. — « Non revelabat eis, » inquit Lyranus, « aliora mysteria secundum sensum litteralem, « quia aliqui erant imperfecti, potentes ea capere « et aliqui ficti, querentes ea deridere; et instruit « prædicatores Evangelii, ut non prædicent simpli- « cibus alta, sed capibilia, nec fictis fidei secreta « mysteria, ne derideant ipsa; » ac proinde, *Matt.*, vii, 6, *Salvator nos monet dicens: Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas.* Bæda rationem reddit, cur Christus se non crederet eis: « Non enim sic « credebant in eum, ut digni essent Christum habi- « tare in eis. »

2. — Hugo Cardinalis ait: « Quia non est vera « fides, quæ solum a probatione miraculorum pen- « debat, ideo non confidebat de eis, ut committeret « eis secreta suæ instructionis. »

3. — Dionysius Carthusianus nequaquam nobis credendum esse dicit, quod Redemptor eos time- « rit, siquidem « Potestatem omnis carnis dederat ei « Pater; certum est quod non timuit hoc, nec eos « qui corpus occidunt, » sed, inquit, ut Bæda et Augustinus asserunt: « Non se credidit eis, quia « nondum baptizati et plena fide imbuti fuerunt; » ac proinde ita exponit: « Non committebat seipsum « eis, tanquam fidelibus constantibusque amicis, « nec voluit conversari inter eos, quasi inter veros « discipulos. »

4. — Toletus Salvatorem inconstantiam ipsorum prævidisse existimat: « His verbis significat illorum « credentium inconstantiam, quorum multi non « solum retrocessuri a concepta fide, sed et Chris- « tum persecuturi erant. »

5. — Hugo Cardinalis sensui supradicto adherens, nimirum quod multi tunc præcipue in Christum credant, quando ab ipso beneficiis afficiuntur, sub- « jungit: « Tales temporales sunt, non stabiles; ipse « autem Jesus non credebatur semetipsam eis, quia « talibus instabilibus Dominus magnam gratiam « non confert, quia sunt indigni. »

6. — « Quia isti credebant, » inquit Albertus Magnus, « ad tempus et in tempore tentationis « recedebant, sicut ipse Dominus dicit, et subiungit « causam Evangelista dicens, *eo quod ipse Jesus « nosset omnes.* » Dionysius Carthusianus illos de eorum genere fuisse dicit, de quibus *Joan.*, xii, 42, scribitur: « *Ex principibus multi crediderunt in « eum, sed propter Phariseos non confitebantur; « dilexerunt enim gloriam hominum magis quam « gloriam Dei; tales autem non credunt vere atque « salubriter, sicut ait Salvator: Quomodo potestis*

« eos credere, qui gloriam ab invicem queritis et « gloriam quæ a solo Deo est, non queritis. *Joan.*, « x, 44. »

Eo quod ipse nosset omnes.

7. — « Et hoc per potentiam divinitatis, » inquit S. Thomas. *Ecclesi.*, xxiii, 28: « *Oculi Domini multo « lucidiores sunt super solem; nam homo etsi cogno- « scat alios, non tamen certam cognitionem de eis « potest habere, quia non videt nisi ea que appa- « rent; » at vero Deus occultissimas quasque pen- « trat cogitationes, teste Theophylacto, *Hom.* xxiii in *Joan.*, qui ait: « Non ignorat quales sint cogitationes « in singulis hominibus. » Chrysostomus Christum de verbis ipsorum minime curasse dicit, quia pen- « trabat interiora: « Hoc est, non curabat exteriora « verba, qui in ipso animo ingreditur, qui in « humanas cogitationes irrupit, qui eorum ferro- « rem mox infringere cognoscebat. » Idem quoque Lucas Bregensis his verbis scribit: « Non eis fiden- « dum, » inquit, « eo quod fides eorum esset admo- « dum imperfecta. » Cognoscebat quod facit ipsum deserturi essent, « et mutata voluntate conjuncturi « se pervertis scribis et Phariseis. »*

VENUS 22.

Et quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine; ipse enim sciebat quid esset in homine.

1. — « Novit hominum, » inquit S. Bonaventura, « ineffabilia omnia, et in hoc patet salutæ exem- « plum hominibus, non credendi atque committendi « se omnibus, qui fingunt se esse amicos. »

2. — Porro cognitionem hanc, quam Deus de nobis habet, expressius hisce verbis declarat Cajeta- « nus: « Cognoscebat quid esset in homine, in in- « tellectu, in voluntate, in cogitatione, in affectu « hominis, et propterea non erat ei opus testimo- « nio. » Hugo Cardinalis inquit: « Plus scit de « homine, quam homo de se; ipse enim sciebat « quid esset in homine, id est, quid est, vel esse « potest in mente hominis. *Ad Hebr.*, iv, 13. *Omnia « nuda et aperta sunt oculis ejus.* » Rupertus Abbas hæc verba glossans ita scribit: « Quis enim novit « omnes homines, nisi scrutans corda et renes Deus? « Cui veraciter dictum est: *Tu solus nosti corda « filiorum hominum; quis denique scit quid sit in « homine, nisi Deus, de quo non vane dictum est: « Homo videt in facie, Deus autem inspicit in cor. » S. Cyrillus singularem hanc in Deo scientiam agnos- « cit, et Psalmistam hanc ei soli attribuire demons- « trat: « Soli Deo vero ipsam tribuit Psalmista dicens, « *Psal.* xxxii, 43: *Qui fixavit sigillatim corda eorum, « qui intelligit omnia opera eorum.* »*

3. — S. Bonaventura ad nostrum profectum utili- « simum hoc inde eruit documentum: « Ex quo

« Deus novit omnia quae sunt in homine, ob talis
« Judicis majestatem, ob talis testis inflexibilem
« veritatem, ipse enim iudex et testis, ob talis do-
« minatoris in corde habitantis sanctitatem, et
« immunditatum ab eo odibilitatem, mundi enim
« sunt oculi tui, ne videris malum, et respicere ad
« iniquitatem non poteris, necesse est ut homines

« mundent corda sua. » Unde Boetius, *lib. de Consol. Phil., lib. V*, ait : « Magna vobis est, si dissimulare
« non vultis, necessitas indicta probitatis, cum
« ante oculos agitis Judicis cuncta cernentis, propter
« quod ait Propheta : *Providebam Donatum in
« conspectu meo semper.* »

FERIA TERTIA POST QUARTAM DOMINICAM QUADRAGESIMÆ

EVANGELIUM JOANNIS, CAP. VII, VERS. 14

14. Jam die festo mediante ascendit Jesus in templum, et docebat.
15. Et mirabantur Judæi dicentes : Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit ?
16. Respondit eis Jesus, et dixit : Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me.
17. Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscat de doctrina utrum ex Deo sit, an ergo a meipso loquitur.
18. Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quaerit, qui autem quaerit gloriam ejus, qui misit eum, verax est, et iustitia in illo non est.
19. Nonne Moyses dedit vobis legem, et nemo ex vobis facit legem ?
20. Quid me queritis interficere ? Respondit turba, et dixit : Dæmonium habes ; quis te quaerit interficere ?
21. Respondit Jesus, et dixit eis : Unum opus feci, et omnes miramini.
22. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem, non quia ex Moysse est, sed ex Patribus et in sabbato circumciditis hominem.
23. Si circumcisionem accepit homo in sabbato, ut non solvatur lex Moysis, mihi indigna mihi, quia totum hominem sanum feci in sabbato.
24. Nolite judicare secundum faciem, sed justum iudicium judicare.
25. Dicebant ergo quidam ex Jerosolymis : Nonne hic est, quem quaerunt interficere ?
26. Et ecce palam loquitur, et nihil ei dicunt : Numquid vere cognoverunt Principes, quia hic est Christus ?
27. Sed hunc scimus, unde sit : Christus autem cum venerit, nemo scit, unde scit.
28. Clamabat ergo Jesus in templo docens, et dicens : Et me scitis, et unde sim, scitis, et a meipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis.
29. Ego scio eum, quia ab ipso sum, et ipse me misit.
30. Querebant ergo eum apprehendere, et nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus.
31. De turba autem multi crediderunt in eum.

VERSUS 14.

Jam die festo mediante ascendit Jesus in templum,
et docebat.

1. — Sciendum, quod ut in principio hujus capituli dicitur, Jerosolymis festum agebatur tabernaculorum, quod septem dies integros durabat, Judæi vero adversus eum exasperati, machinabantur mortem ipsius. Cumque a cognatis, ut ad eandem se solemnitatem conferret, rogaretur, eis acquiescere noluit, sed dixit : *Vos ascendite ad diem festum hunc,*

ergo autem non ascendam; et tamen licet non aperte et manifeste, bene tamen se eo recepit occulte, et per septem continnos dies ibidem substitit occultus : « *Et jam die festo mediante ascendit in templum,* » id est, » inquit S. Thomas, « cum illius festi tot dies remansissent, quot effluerant ; unde cum septem diebus agebatur festum, dicitur hoc fuisse quarto die ; et quidem in hoc, quod se occultave-
« rat, humanitatis Christi est incidium, et nostræ
« virtutis documentum. »

2. — Salmeron, *tom. VIII, tr. xxxiv*, hanc dilatio-

In templum.

nem ad mitigandos Judæorum animos ordinatam fuisse existimat, ut amplio rem haberet campum et occasionem sedatis ipsorum mentibus Evangelicam imprimendi doctrinam. Unde Theophylactus ait : « Ascendit quando insaniam illorum verisimile erat mitigatam esse. » Lucas Brugensis scribit : « Interdum cedere periculis licet, sed nulla bene agendi
« opportunitas omitti vel negligi debet ; docebat
« populum, cum Sacerdotes et Scribe deessent
« officio. » Lyranus pariter monet : « Propter ho-
« minum verba, doctrina salutis non est omittenda. » S. Augustinus, *tract. xxix in Joan.*, ait : « Illud, ut
« lateret, erat causa exempli, hoc potestatis. » Porro qualem illud exemplum fuerit, quod nobis post se relinquere voluit, Salmeron hisce verbis exponit : « Docens nos suo exemplo, ut cum volumus
« proficere in proximis, nequaquam in fervore
« animi concitati, aut affectu peccati, sed eo decli-
« nante adeamus, ut moris est Dei facere, qui venit
« ad auram post meridiem, ut corrigeret primum
« parentem. »

3. — Idem quoque Auctor considerat, quod tamen si Saluator imminetia sibi prævidisset pericula, intermittere tamen nequaquam voluerit, quin se in ea festivitatem et videndum et audiendum exhiberet : « Ut indicet mandato Dei optemperandum absque
« timore mortis ; docet deinde suo exemplo Pasto-
« res, ne tempore periculi doctrinam salutarem
« populo subtrahant ; nam bonus Pastor animam
« suam ponit pro ovibus suis. »

4. — Porro si per festivitatem, humanam velimus prosperitatem intelligere, dicendum videtur, quod tunc Jesus Jerosolymam concesserit, ibique suam presentiam communicavit, quando festivitas in declinatione erat, ad denotandum quod quando deficiunt et occidunt felicitates terrenæ, tunc ipse vel maxime in cordibus nostris ascendat ; at vero S. Antonius de Padua ad hoc se reflectit, *Serm. in hac fer.*, quod Redemptor noster ad templum ascenderit, quando quaerebatur ad mortem, idque ad insigne documentum nostrum : « Ut daret nobis exemplum,
« quod imminet adversitate debemus ad Deum
« recurrere. »

Ascendit.

5. — S. Cyrillus Alexandrinus, *lib. IV in Joan.*, ait : « Non dixit Evangelista Christum ingressum
« fuisse in templum, sed ascendisse ; ardua enim
« res est atque sublimis loca ingredi sancta, et do-
« cendi munus recte suscipere. » In Jeremia sublime exprimitur illorum encomium, qui ad animas convertendas divinum annuntiant verbum : *Si separaveris pretiosum a vili*, inquit Deus, *quasi os meum eris*; etenim Veritas ipsamet in S. Luca, x, 16, dicit : *Qui vos audit, me audit.*

6. — S. Bonaventura ait : « Non in palatium,
« vel in forum ; et docebat, non silebat veritatem ;
« siquidem ad eum finem destinatae sunt Ecclesiae, ut
« eternæ fidei nostræ veritates, mediante prædicatione,
« fidelium cordibus imprimantur, ut animæ reducan-
« tur ad penitentiam, viage sternatur ad gloriam.
« Patet hic exemplum Prelatis et Doctoribus, » inquit S. Bonaventura, « ascendendi in templum et
« docendi ibidem exemplo B. Ambrosii, qui omni
« die Dominico in publico verbum Dei tractabat. »

7. — S. Antonius Paduanus moralitatem quamdam hoc loco adducit nobis Christianis in solemnitatibus occurrentibus perutilem : « Sicut Christus
« imminetibus solemnitatibus templum corporali-
« ter ascendit, sic inuit, quod nos semper debeamus per devotionem ascendere in Deum, singu-
« lariter tamen in festis aliquibus solum divino
« cultui vacare debemus. »

Et docebat.

8. — Poterat quidem Saluator noster sine comitatu in templum ascendere et sine aliqua turbarum congregatione privatim, non vero in publico docere, maxime cum Sacerdotum mortem sibi machinantium perspexit sibi haberet furorem ; verum tamen, ut idem S. Antonius scribit, in publico se manifestare voluit : « Ad ostendendam voluntatem
« riam oblationem, qua tempore passionis suæ
« conversabatur maxime in Jerusalem et in tem-
« plo, ut exhiberet se persecutoribus. »

9. — Sapiens de opportunitate tractans, quam ad Dei verbum annuntiaandum quaerere debemus, hanc adducit similitudinem, *Prov., xxv, 1* : *Mela aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo.* Porro quatuor diebus post inchoatam festivitatem prædicationem suam distulit, ut tanto majori cum aviditate deinceps auscultaretur. « Tar-
« dius venit, » inquit Salmeron, « ut diuturnius
« expectatus, avidus audiretur et majori cum
« fructu. » Lyranus ait : « Docebat populum, qui
« diebus præteritis intentus fuerat sacrificiis et
« oblationibus consuetis, et per hoc docuit prædi-
« catores Evangelii, ut secundum dictam Sapientis,
« *tempus tacendi considerent et tempus loquendi.* » S. Thomas pariter rationem reddit cur prædicationem suam in medium usque festivitatis distulerit : « Quia in principio festi omnes magis attenti sunt
« his, quæ festi sunt, boni ad cultum Dei, alii ad
« vanitates et lucra ; sed circa medium festi, his
« quæ festi sunt, expeditis, magis parati sunt ad
« doctrinam. »

10. — Idem quoque S. Doctor aliam affert rationem, dicitque id ab eo factum esse propter mysterium, quia verissimum semper est quod
« *Omnia in figura contingebant illis.* Congruit or-